

Q.K.  
429,  
24.

X 1863 118

Jucundus & verè lectu dignus

D E

II h  
184

# BARBA

E T

# COMA

ANTONII HOTOMANNI JC.  
DIALOGUS.



ROSTOCHI

Ex Officina Ferberiana, Anno 1628.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



PRÆCIPUA HUIUS DISPUTATIONIS CAPITA.

1. *Barbam viros à fœminis discernere.*
2. *Eandem maturi consitij indicium esse.*
3. *5. Ex antiquis plurimos tonsos plurimosq; intonsos fuisse.*
4. *quod & inter Philosophos observatum est.*
6. *Barbam crinesq; antiquitus sacrificatos fuisse.*
7. *Sed & infantibus dam nomen imponebant, crines torondisse.*
8. *In adoptionibus idem observatum fuisse.*
9. *& in quibusunque initiationibus, ut in nuptijs,*
10. *in extremo vite spiritu,*
11. *in servorum manumissionibus,*
12. *in Clericorum initiatione.*
13. *Capillorum rasuram indicem tristitiæ fuisse.*
14. *demissionem etiam:*
15. *tum & omnem rasuram.*
16. *Ideo in funeribus solitum crines sacrificare.*
17. *Sed & miserationis ergo capillos & demissos & rasos fuisse.*
18. *Hebræorum sacerdotes intonsos fuisse, & pœnæ loco rasos.*
19. *Comam & Barbam in Francia p̄ncipibus antiquitus sacrosanctam fuisse.*
20. *Rasuram denique sorditiæ, malitiæ, & impuditiæ imputatam fuisse quemadmodum & calvitiam.*

ΠΩΩ.

ΠΩΓΩΝΙΑΣ

SIVE

DE BARBA,

EX DIVERSIS VETERUM

AUCTORUM OBSERVA-

TIONIBUS,

DIALOGUS.



Uit mihi, quadam die, cum viris literatissi-  
mis, non minus utilis quam jucunda sane  
deambulatio, cum & celo sereno fruere-  
mur, & inter arbores mirifico cultoris ar-  
tificio gratissimas, prope rivulum præter-  
fluentis aquæ, qui leniter medium disseca-  
bat agellum, animi magna remissione spa-  
tiaremur. Nam post multos ac varios,  
utro citroq; sermones inter nos habitos, cum unus ex nostris,  
nimirum Pogonias, barbam suam, quæ illi tenus medio pende-  
bat pectore, erecta ad cælum facie, hilariter utraq; manu com-  
poneret, Misopogon ( placet enim his nominibus eos nuncupa-  
re ) ridens, ejus in explicandis pilis curam, ut nimiam, irridere  
visus est. quod Pogonias cum animadvertisset, subiratus ex Lu-  
ciani scriptis hæc verba, quæ tunc illi in promptu erant, protulit.

γελοῖόν μοι εἶ) ἔδοξεν, εἰ σὺ ὑπὸ τῆ πωγάνῃ αἰξιοῖς κείνῃ τῆς φιλο-  
σοφίας αὐτὸς πύγωνα εἶναι ἔχων. De Philosophia, inquit Mi-  
sopogon, nil moror, sed quæso, num hujusmodi pilorum, ne  
dicam setarum, prolixitas, hoc præsertim æstivo tempore, tibi  
molesta est. hibernis nempe frigoribus, neq; nives quæ in hac  
parte residebant, eò te inducere potuerunt, ut hanc quam tanti  
æstimas, comminuere juberet barbam. num itaq; hi nunc qui  
nos urunt calores, plus etiam angunt? abjice, te per nostram

δυσμῶναξ.

A 2

amicitiam

amicitiam oro, istas naturæ incommoditates. efficit enim mutuus amor noster, ut, quemadmodum est ingenij humani, etiam molestiæ tuæ particeps fiam. P O G. Desine Misopogon in posterum nos jocis insectari: quamvis enim illa te vulgi opinio teneat, neq; tuo tamen, neq; eorum arbitrio, quibus nudi & effœminati vultus placent, mentum depilabo. etsi tuus erga nos tantus est amor, aut potius tantum est abs re tua ocij tibi, nostra etiam ut cures; hoc unum responsum habeto, minus nobis hanc barbam quantumvis promissam, incommodam fore, quàm si vultus deformitatem, aut si mavis naturæ defectum, pati cogeremur. M I S O P. Sed quæ potest esse hac in re deformitas? P O G O N. Num quæso deformitatem appellas, quæ formam corporis aut tollit, aut corrumpit, & ut ait Arrianus in Epicteto, sexus discretos confundit? Quæ venustior forma esse potest, quàm ea quæ à natura nobiscum ingeneratur, crescit, & quæ in se habet notam quandam roboris ac virium? Vix enim fiet, si medicis fides est adhibenda, ut is fortis corpore non sit qui pilosus est: cum hujusmodi, ut ita dicam, corporis partes, ex calido & humido proveniant. neq; parum confert hujusmodi habitus ad hominis observandos mōres & dignoscendum quicquid interius in animo reconditum habet. Et sanè motum in ipsis capillis videmus, arrigereq; conspiciuntur, si quid homini acciderit quo perturbetur. Virgilius: *Steteruntq; comæ*, Sophocl. *ὡσεὶ πάντας ὀφθίας σήσαν φόβῳ δεισαντας ἐξαιφνης τρίχας.* & mox: *ἰς δ' ἀκρᾶν δειμ' ὑπὴλθε κραίτῳ φόβαν.* id est, in summos crines capitis subiit metus. *φόβῳ* enim pro crine accipi ait Pollux *ὡς τὸ φόβος ἐστὶ τῆς κομῶνθας.* M I S O P. Relinque verò has Physicorum rationes; nam utrum ego excrementa appellem, aut verò corporis partes aut membra nomines, nihil interest. Fateor enim hoc verum esse quod ait Lactantius: Barbæ ratio incredibile est quantum conferat ad dignoscendam corporis maturitatem, & ad differentiam sexus, vel ad decorem virilitatis ac roboris, ut videatur omninò non constatura fuisse totius corporis ratio, si quicquam aliter esset effectum. P O G. Quanta itaq; in nuditate illa futura deformitas fuisset, si hæc deessent quæ tantum valent ad pulchritudinem? nam qui proximè ad eam ætatem accedunt, qua se suaq;

tueri

*lib. i. cap.**Gal. lib. ii. de usu part.**Oid. κολ.**Cap. 7. de Opif. Dei.*

tueri possunt, ea ratione puberes appellantur, qui non solum ex annis, sed etiam habitu corporis saniores mente existimantur. Ita q; ait Clemens Alexandrinus hos pilos Deum opt. max. tanti fecisse, ut eos simul cum prudentia iusserit hominibus adesse. Quare Græci dicunt *ῥυειάω*, id est, barbam emitto, pubesco; & mentem Græcè dicitur *ἀνδρεῶν*, ἀπὸ τῆς ἐκεί προτέρου ἐξαιθεῖν τὸ γένειον, canitiemq; maturæ indicem ferunt sapientiæ, multiq; ingenij quandoquidem, ut notant Dialectici, h.e. proprium hominis in senectute canum fieri, quinetiam Numa canus fuit à prima ætate ut annotavit Servius in hos versus Virgilij.

Lib. 3. pedag. cap. 3.

Lib. 6. Æneidos.

— nosco crines in canaq; menta.

Regis Romani, primam qui legibus urbem

Fundavit. idemq; multis contingere juvenibus in-

dicat Pindarus, Ολ. δ.

φύονται ἢ καὶ νέοις  
ἐν ἀνδράσι πολιαὶ  
θαμὰ καὶ παρὰ τὸν ἀλικίας  
εἰκότως γέρον.

Et licet aliquando inter Jurisconsultos expulso Cassianorum judicio Proculejani obtinuerint, ut puberes non habitu corporis, sed annis judicarentur, maximè quum quartumdecimum annum expleverint, licet nondum vigoris emerfissent vestigia, tamen constat eorum judicio, quorum nunc vivimus, scitis ac decretis, Cassianorum prævalere sententiam, & eos demum impuberes appellari, quibus, ut ait Nonius Marcellus, propter teneram ætatem nulla pars corporis pilat: quia verò barba maxillarum vestimentum à natura producit, Latini vestem barbam appellavere. Virgilius:

Aurea cesaries ollis atq; aurea vestis:

Ideoq; Nonius & Servius impuberes investes notant appellatos fuisse. MISOP. Vera sunt ista quæ dicis; sed quid ad nostram ratiocinationem pertineant, non planè video. Pubes enim propriè lanugo est, quæ ut plurimum maribus decimo quarto anno, fœminis autem duodecimo, circa pudenda oriri incipit, quod quia maturitatis est signum, factum est, ut mas pubes vocetur quum primum ad generandum aptus est, & fœmina simi-

Ulp. Tit. 11. l. f. Cod. Quant. rel. off. l. 4. Cod. qui test. fac. pos. cap. 3. de desp. imp. Lib. 7. Æneidos.



Ulp. de mi-  
norib. l. 3.

Codic.

Si minor  
se major.

Ulp. Tit.

ii. l. f. Cod.

Quando  
tut. vel  
cur.

Strabo lib.

15.

Lib. II. de

Leg.

Ancid. 8.

liter ad concipiendum. Itaq; non sine ratione, cum circa foeminas praesertim impudica videretur illa inspectio habitudinis corporis ab Imperatoribus constitutum est aetatis tantum haberi rationem. Neq; enim ex solo aspectu probatur aetas, ut Cassianis placebat: sed nec Prisci obtinuit sententia, qui eum puberem esse censebat, in quem utrumq; concurrebat, habitus corporis & numerus annorum: nempe inhonestum fuisset, si inspectione lanuginis circa pudenda, puella matura vel immatura iudicanda esset. Quemadmodum de Taxillorum consuetudine vetera quaedam referuntur, & ridiculose apud eos usitata, quum qui filias praepropterea locare non poterant, in ipso aetatis flore in publicum eas producebant cum tuba & classicis, & multitudine convocata, accedenti primum humero tenus detegebant, postea anteriora. **P O C** Hoc Plato prius censuerat convenientiam enim aetatis ad nuptias, nuditate non solum marium, sed etiam foeminarum conspici debere existimavit. τὸ δὲ τῶν γάμων χροῖος συμμετρίαν τε καὶ ἀμετρίαν ὁ δικαστὴς σκοπῶν κενέτω: γυμνὰς μὲν τὰς ἀρσένους, γυμνὰς δὲ ὀμφαλῶς μέχρι θρώμενον τὰς θηλείας. idq; & a Graecis & a Romanis mangonibus solitum fieri, quum puellas quasdam prostituendas vendebant, satis notum est. idὲ τὸ χοῖρον ἐπαίρων νόμῳ, ait quidem in Aristophane. nam porca δέλφαξ dicebatur, inquit Athenæus lib. 9. inde Hesychius δελφικίον pudendum muliebrem esse ait, quod quum nondum penè adolevit, sed est adhuc tenerum ac delicatum, at verò ὠρεῖον γάμος, χοῖρον appellant, significantes puellas dignas esse nuptiarum, nondum δελφύας μὲν τε συμπεπηγέτασσι σώμασι, ut Eustathius explicat od. ξ. Et refert Suetonius Augustum, ad conditionem honestarum foeminarum quaerendam, amicos habuisse, qui matresfamilias & adultas aetate virgines denudarent, atq; perspicerent tanquam Thoranio Mangone vendente: ad eamq; Prisci sententiam accedit Servius, dum ait Virgilium hoc versu,

*Iam matura viro, jam plenis nubilis annis,*

non eandem rem iterasse, sed secundum jus locutum fuisse, in quo & annorum ratione & ex habitu corporis aetas probatur. **M I S O P**. Hoc nemo nescit, & vulgare est: nam & Varro libro secundo De re rustica notat, ideo in nuptijs solenne fuisse porcas immolare

DE BARBA ET COMA.

immolare. Et in Judicijs, si de ætate controversia esset, nudari puerum apud Centumviros iussisse refert Quintilianus in Instit. quod notat declam. 279. his verbis: Postea nudari filium atq; in conspectu iudicum constitui voluit: sed tandem de pudendis istis non est nostri instituti quaestio. Si verò pubertatem ad mentum referas, fiet, ut pubes ante octavum decimum annum nemo possit dici: nam tunc primùm barba incipit naturaliter nasci, quum plena pubertas est, id est, quum octodecim annos puer attigit: quò pertinent illi versus Ovidij:

*Martia ter senos proles adoleverat annos,*

*Et suberat flavæ jam nova barba comæ.*

Philostratus libro secundo Apollonij Faractem Regem Indiae sic loquutum fingit: *ἡ δὲ νεὸν ἐπειδὴν οὐτωκαίδεκα ἔτη γεγονὺς τυχὴν ἔστι δὲ οὐκ ἔτι πρὸς ἑξήκοντα ἔτη.* Ex *μετέρον*, &c. nam & ad eam usq; ætatem dudum pueris alimenta data fuisse, quemadmodum puellis usq; ad quartum decimum annum, Ulpianus testis est. Mela ait ff. *de alim. legat.* & non defuerunt, qui tutelam in annum octavum decimum geri gesserunt *l. pater Severianam ff. de condit. & demonstr.* Paul. *lib. 3. sent. tit. de Testam.* Spadones, inquit, eo tempore testamentum facere possunt, quo pleriq; pubescunt, id est, anno decimo octavo. nam & apud Thucydidem Scholiastes ad hæc verba Periclis *μετέρον ἡνδ* sic scribit, *μετέρον οὐτωκαίδεκα ἔτη.* & adhuc inter libros Feudorum legitur *Constitutio Friderici Imper. lib. 2. tit. 53* ubi pacem inter subditos observandam censet à decimo octavo anno usq; ad septuagesimum. & hanc ætatem Longobardis legitimam fuisse ex eorum libris satis constat *lib. 2. leg. Longob. tit. de probib. alien. min.* sed hæc hæctenus. Jam enim falsus sum barbam non parum conferre ad decorem & sexus differentiam; at non video quid opus sit ita promittere, ac in modum hircorum producere: nam si Grammatico Acroni credendum est, barbam in singulari numero, in plurali verò hircinas appellamus: barbigeras etiam pecudes appellavit capellas *Luatretius lib. 5. & 6.* nam & barbas de quadrupedibus dici Servius notavit ad hunc locum Virgilij:

*Nec minus interea barbas incanaq; mentæ*

*Cyniphij tondent hirci.*

Num verò

*l. arrogato  
de adopt.*

*In Horat.  
de Ar. Poët.*

*Lib. 3. Ge-  
org.*

Num verò ad ornatum magis faceret eam ita radere, ut neq; prolixitas molesta sit, neq; etiam ejus resecatio ullo modo vultus dignitatem offendat: quemadmodum qui ungues suos amputant, decentius facere mihi videntur, quàm ungulani isti scabrosi & sordidi? P. O. G. Sanè ego te suspicor ex illorum Antiochenorum genere esse, in quos Julianus eximius Imperator librum composuit, qui tuo nomine inscribitur, Vidistin? MISOP. Quid ni? scripsit nimirum Apologiam in illos qui hircum eum vocabant, quòd barbam incomptam gereret, testibus Zonara, Socrate, Sozomeno, & cæteris illius temporis scriptoribus. Erant enim Antiocheni omnes, ut suspicor, sine barba. Martialis:

Lib. II.

*Vnus de cunctis animalibus hircus habet cor;*

*Barbatus vivit, ne ferat Antiochum.*

Sed extra omnem animi motionem, quid est, quod hic Imperator contra illos Antiochenos ad sui cultus defensionem adfert? taces, nil quicquam enim; at volo eos jure Misopogonas vocari: hoc enim nomine mihi futuri sunt multò chariores: quid tandem apud te tacitus meditaris? P. O. G. At errabam: parce verò, neq; enim jam risum continere possum: tu fortasse ex illis antiquis barbaris Britannis descendisti, quos ait Cæsar solitos fuisse ut aspectu horridiores essent in pugna, capillos ac barbam radere præter labrum superius. Hac enim forma te intueor inferiorem barbam amputasse, superiores verò pilos summo cultu educasse, quos Græco vocabulo vulgus hodie Mustaces appellat, contra illud Lacedæmoniorum & nostrorum Subchartusianorum institutum *κείραδες ἢ μύσας*. MISOP. Et tu fortasse Longobardus es. referunt enim historiæ hircinarū (ut cū Acrone loquar) adeò curiosos fuisse Longobardas, ut resolverent quoq; uxorum suarum cæsariem, & fluxam comam adaptarent earum genis, quò traditis armis ludificarent hostem: quem morem fortasse ab Atheniensibus acceperant. Apud eos enim, ait Suidas, mulieres pilos suos ita adaptabant, vt viri esse viderentur. P. O. G. Quid? num potius in me imaginem aliquam antiquæ illius Romanæ gravitatis agnoscis? ferunt enim Roma capta, Gallos victores, plebis ædificiis obseratis, patentibus atrii principum, majorem cunctationem tenuisse aperta quàm clausam vadendi: adeò

Lib. 5. De  
Bell. Gall.Plutarch.  
De fera  
num. vin.

Paul. Diac.

In verbo  
λοχμας.

Liv. lib. 5.

haud



DE BARBA ET COMA.

haud secus quam venerabundi intuebantur partes in ædiu ve-  
 stibus sedentes præter ornatum habitumq; humano augustio-  
 rem, majestate etiam quam vultus gravitasq; oris præ se ferebat  
 simillimos diis. ad quos velut simulachra versi, quum starent,  
 M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, ut tum  
 omnibus promissa erat, permulcenti, scipione eburneo in ca-  
 put incusso, iram movisse; atq; ab eo initium cædis ortum, cæ-  
 teros in sedibus suis trucidatos. Et antiquos omnes barbam nu-  
 trisse hinc conjectura est, quod antiquiorem Bacchum *καταπώ-  
 γων* appellatum fuisse scribit Diodorus Siculus, *διὰ τὸ τὰς ἀρ-  
 χαίας πάντα πωγωνοτροφεῖν*. ideo vocabantur intonsi. Ovidius:

Hoc apud intonsos nomen habebat avos. Juvenalis:  
 Et credam dignum barba dignumque capillis  
 Majorum.

MISOP. O magnam dementiam Papirij, cæterorumq; ! Num  
 rectius fecissent si deposita istiusmodi vultus atrocitate fortiter  
 dimicando cecidissent? Sed nescis quid mihi jam venerit in men-  
 tem? simillimi sunt nostri *περὶ τρεῖς ἰσχυροὶ ἀγνοῦντες*, qui eadem  
 vultus impudentia & Cælum, & Solem, & Lunam, cæterasq;  
 Dei obscuras fabricationes intuentes, suis ratiocinationibus fu-  
 tura prædicant, Philosophiq; dici volunt, & se solos sapientes  
 esse autumant: indulgentes insano & inepto labori ultra humili-  
 tatis suæ terminos evagantur, & oculorum lippitudine involuti,  
 & cælum ipsum & ipsa sidera audaci cupiditate transcendunt, in  
 eaq; barbam demiserunt, superciliumq; sustulerunt. Philoso-  
 phiam fastu & habitu metiuntur, inquit Symmachus. At si  
 quid Reipub. conservandæ causa aut in propagandis finibus,  
 hostibus expellendis, conservanda vrbe, judicijs legibusq; mu-  
 nienda, elaborandum sit, prorsus ignari sunt, & ociosi figuris  
 suis incumbunt. Quid dicam de sophistis illis gymnasticis,  
 qui dum in interpunctionibus literarum & verborū angulis ver-  
 santur, in eo tamen Barbam suam demittunt, ac velut de imperio,  
 aut magna aliqua re deliberaturi tristiores efferunt vultus; inces-  
 su gravi, ac voce demissa, sententias suas quasi oracula pædago-  
 gico ingenio proferunt, & se omnium artium magistros profiten-  
 tes; de omnibus rebus ineptè disserunt; sibiq; invicem contrarij,

B

vanis

Lib. 4.

Lib. 2. Fast.

Satyr. ult.

Lib. 1. Epist.

23.



Epist. 49.

Epist. 20.

In Chil.

Plutarch  
in Apoph.

Lib. 3. Pa-  
dag. cap. 3.  
& II.

In verbo  
κομῆων.

Lib. 4. epi-  
stola 12.

Lib. 9 Ep. 9.

vanis & infinitis declamationibus digladiantes, juveniles ani-  
mos totos occupant, scholasq; suas sectis innumeris commacu-  
lant. O pueriles ineptias, inquit Seneca, in hoc supercilia sub-  
duximus, in hoc barbam demisimus, hoc est quod tristes doce-  
mus & pallidi. P O G. Movisti risum: tot sunt enim hodie qui  
Catonis aut aliorum Sapientum imaginem referunt, cum longè  
differant animo, ut mihi jam repetendum videatur illud edictum  
barbatorium de amputanda privatorum hominum barba, quod  
ego si Jurisconsultus essem, lubens interpretarer in istiusmodi  
sophistas, qui plus habent setarum in mento quam sensus in  
mente. Sed jam illud Horatianum redijt in mentem:

*Quid? si quis vultu torvo, ferus & pede nudo*

*Exiguaq; togæ simulet textore Catonem.*

*Virtutemne representet, moresq; Catonis?*

quos enim ait Catones videri velle, sanè hi ne mores quidem, sed  
quæ sunt externa imitanda sibi proponunt: at si convertas in eos  
oculos, nihil præter fastum, fucumq; invenies. In eos vulgò  
dicitur, Barba non facit Philosophum: cujus proverbij si au-  
ctorem requiras, non denegabit tibi hac in re ut & in cæteris lo-  
cupletissimus Erasmus. Verùm eos, qui Philosophi sunt, animi-  
quæ magnitudinem oris vultusq; constantia prædicant, barba il-  
la promissa mirum in modum, Misopogone decet. Placetq; mi-  
hi maximè illud Nicandri Lacedæmonij, qui quodam percun-  
tante, cur comam barbamq; nutriant Spartiæ: Quia, inquit,  
omnium pulcherrimus ac minimè sumtuosus viro suus cuiq; or-  
natus est: talesq; vult esse Christianos Clemens Alexandrinus,  
dum ait nefas esse barbam capillumq; vellere, quæ est pulchri-  
tudo congenita & ingenua. M I S O P. De coma nihil dissentio  
Pogonotrophe, lubensq; omitto Synesij encomiũ Calvitij contra  
Dionem, incertiq; auctoris hac de re acrostichia carmina. Retulit  
n. Suidas, verumq; puto eum dixisse, Philosophos comam aluisse  
sive ex tolerantia, sive ex tenacitate. sic n. Sidonius Apollinaris  
de quodam Claudiano scribit: Et licet crinè barbamq; non pasce-  
ret, à collegio tamen complatoniorum solo habitu & fide deso-  
ciabatur. tum etiam Faustum laudat, quod non cæsariem pascere,  
neq; pallio aut clava velut sophisticis insignibus gloriari soleret.

P O G

POGON. Imò verò Stoicis proluxa erat barba, capilli autem radi, & ut ait Juvenalis, erat illis supercilio brevior coma. Martialis lib. XI.

*Tondeat hic inopes Cynicos & Stoica menta.*

*Colla q; pulvere a nudet equina juba.*

Itaq; , ut refert Lucianus in Ermotimo, erat illis ἐν χεῖρ ἢ κρεττὴ ἢ ὁ πώγων βαθὺς, & inde lux adferenda verbis Arriani lib. I. cap. 2. αἶψα δὲ Ἐπικτήτε διαξυρῆσαι αὐτὴν ἡ φιλόσοφος, λέγω δὲ διαξυρῶμαι. Nam hoc ei philosopho Stoico vitio imponebatur, quod capillos radi nollet barbamq; demittere. Ad Herodem Atticum, inquit Gellius, consularem virum ingenioq; amœno & Græca facundia celebrem adiit, nobis præsentibus, palliatus quispiam & crinitus, barbaq; propè ad pubem usq; porrecta, ac petit æs sibi dari eis ἀγρῶν. Tum Herodes interrogat quisnam esset. Atq; ille vultu sonituq; vocis objurgatorio philosophum se esse dicit, & mirari quoq; addit, cur quærendum putasset quod videret. Cedrinus scribit in vrbe Constantinopolitana in thermis Zeuxippi, Homeri statuam fuisse, cujus barba demissa erat, capillus similis ex vtraq; parte calvariaë rarus. MISOP. Quod vides sæpissimè barbam in Philosophis derideri, hoc de Stoicis intelligendum est, quibus nomen Philosophi invidebant cæteri. Barbam verò proluxam veteres præter hos aluisse non legi; quin imò Suidas testis est, Platonem quendam Comicum irridere solitum fuisse, barbam Epicratis oratoris, quasi rem novam & insolitam: neq; enim barbam quis longam & proluxam habere potest, qui non aut sordidus sit aut nimium curiosus. At barbam quis non reprehendat incultam?

*Terribili squalore Charon, cui plurima mento*

*Canities inculta jacet.*

hæc horridiorem reddit vultum, minimeq; humanum, nisi quotidiano labore impensaq; Philosopho indigna, ita culta & elaborata sit, ut potius fucus videatur, quàm naturalis decor. Philippus Macedo dicebat, Qui in pilis infidus est, eum ne putes in rebus gerendis esse fide dignum. Ego de Philosophis præsertim loquor, à quibus fucus omnino abesse debet. Sanè decet habitum corporis munditiis cultum, sed virilem esse, in quo personæ

Lib. 9. 5. 2.

Virg. L. 6.

Suidas in  
verbo λέγει  
π.

Apol. 1.

decor, & multus animi candor appareat. Apuleius, quum aliquando, quod nimis curiosus esset, argueretur, sordidum maluit seputari: capillus ipse, inquit, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixere, vides quam non sit amoenus & delicatus, horrore implexus atq; impeditus stupeo tormento, absimilis & inæqualiter hirtus & globosus & congeitus, prorsus inenodabilis diutina incuria non modo comandi, sed saltem expediendi & discriminandi. Meliusq; Martialis in Pannicum:

*Pectere te nolim, sed nec turbare capillos:*

*Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.*

*Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum:*

*Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.*

Lib. 11.

5. Sed si vacat, & nisi tibi molestum est, etiam capillos & barbam veteres amputasse audiamus: καὶ τοῖς, inquit Plutarchus de defectu oraculorum, καὶ ἡμῶν ἢ μηρῶν ἀποδείκνυσται πρᾶγμα λευκῶς ἐυγῶ τὰ σώματα τὸς ἡρώας, ἐπιτυχόντες Ὁ μήρω ξυρὸν ὀνομασάντων. idque potest colligi ex eo quod ait Diodorus Siculus, legem Ægyptiorum (qui omnium antiquissimi erant) fuisse, ne quis peregre profectus, prius quam reversus esset, crines deponeret; ad exemplum Osiridis qui voverat Deo non prius comam tonsurum quam in Ægyptum reverteretur. Et refert Diogenes Laërtius in Pittaco, Tyrhæum ejus filium cum sederet in tonstrina Cumis, injecta securi ab æratio fuisse necatum. Memoratur de Dionysio Syracusanorum tyranno, qui quum ob injustam dominationem ita timeret, ut ne tonsori quidem collum committere auderet, tamen tondere filias suas docuit, & quum ab ipsis adultis ferrum removisset, tamen instituit, ut candentibus juglandium putaminibus capillum sibi ac barbam adurerent. Idem fecisse fertur Alexandrum Phareum. Arabes, Abantes, & Misij, ne in conflictu belli hostibus prædæ forent, anteriorem capillum rasiabant. quò pertinet illud Homeri:

*Τῶ δ' αὖ Αβαντες ἔποντο τοῖς ὀπίθεν κομῶντες.*

feruntq; Curetas & Ætolos pariter quum à fronte essent capillati, & crinibus ab hostibus raperentur, frontem abrasisse, & ab occipite cæsariem nutritisse, quod de Alexandro Macedone proditum est, qui barbam militibus radi jussit, ne hosti prædæ ansam præberent.

Vide Alex  
ab Alex. li.

5.

Genes. cap.

18.

Cal. Rhod.

ib. 7. cap.

3. lib. 18.

sp. 10. 11.

13.

Ithen.

præberent. De Romanis quidem scriptum legitur ante annum  
CCCLIII. ab urbe condita, tonsores in Italiam non venisse,  
Romanosq; intonsos usq; ad hæc tempora fuisse. Sed postea ut  
cultiora fuerunt ingenia, adducente P. Ticinio Mena ex Sicilia  
tonsores primus omnium radi quoq; instituit Africanus: sequens-  
què divus Augustus cultris semper usus est, quod servis viliori-  
bus erat inhibendum, qui intonsa coma capilloq; hitto fuere: fuitq;  
animadversum ante Adrianum Cæsarem Imperatores barbam  
semper rasitasse: ipse enim ex Cæsaribus primus promissa barba  
incessit & capillo. Romanosq; omnes tonderi vulgò consuevisse  
testimonio erit locus Varronis in *γερωντοδιδασκαλία* à Nonio cita-  
tus: Quotiens Priscus homo, ac Rusticus Romanus inter nun-  
dinum barbam radebat. Virg. Ecl. i.

*Candidior postquam tondenti barba cadebat.*

Cedrinus refert Mauricium Imperatorem more Romano  
barbam totondisse: & Ammianus cujusdam Juliani Imperatoris  
tonforis meminit, qui tantum ex arte compendij habuit, ut vice-  
nas diurnas annonas possideret, totidemq; pabula jumentorum,  
quæ vulgò dictitabant capita, & annuum stipendium grave absq;  
fructuosis petitionibus multis. Suetonius testis est Galbam vul-  
so corpore quum esset, galeaticum quidem adaptasse & annexisse,  
at faciem quotidie rasitasse, ac pane madido linere consuevisse, idq;  
constituisse à prima lanugine, ne unquam barbatus esset. refertq;  
Xiphilinus ex Dione tonsorem Trajani mentum rasisse, quod  
hic vetus civium Romanorum ac principum erat mos. Adria-  
nus verò primus barbam nutrit. & Romanæ quidem puellæ  
maturæ viro compositum capillum Palladi offerebant: Træze-  
næ puellæ Hippolyto crinem consecrabant; sic enim Diana  
eum Veneris dolo peremptum alloquitur in Euripide:

Σοὶ δ' ὡς παλαιῶν αἰτὶ τὰς δεῖ κακῶν

Τιμῶς μεγάλας ἐν πόλει τριζυγίᾳ

Δάσω, κόραι ἢ ἀζυγῆς γάμων πάρος,

Κόμας κερῶν) σοὶ δὲ αἰῶν) μακρῶν,

Πένθη μέγιστα δακρύων κερπέμεναι.

In Sicyonia verò ὑγείας, id est, Sanitatis simulachrum fuit, cui  
virgines crines resecare & dicare solebant. Athenienses quum ex  
ephebis

Plin. lib. 7.

cap. 59.

Varro in fi-  
ne lib. 2. de  
re Rustica.

In verbo  
nundina.

Lib. 23.

Lib. 6. Va-  
ria. cap. 22.

Il. ψ.

Od. γ.

Xiphil.

Lib. 9.

lib. 2. Sily.

Lib. 3. C. 24.

ephebis excessissent, primitias crinium deferabant; & quum anteriorem comam circa tempora, aut posteriorem crinem Apollini & fluminibus tonderent, ævo succedente, Theseus anteriorem capillum Delphis dedicavit, unde Theseis tonsura prodita est, cujus exemplo juvenes quum ex ephebis excessissent, anteriorem comam Phæbo & Æsculapio aut Libero obtulere. idq; ab omnibus Græcis vulgò factitatum fuisse probat Petrus, Victorius. & apertissimè ex Homero conjicitur, ubi ait Achillem dedicasse crinē *απερκειω ποταμῶ*, quem locū rectè interpretatur commentarius his verbis, *ἔθος ἰὼ τοῖς ἀρχαίοις μετὰ τὸ ὄψακμάσαι τὴν νεότητι τὰς κόμας ἀποκείρειν τοῖς ποταμοῖς. τέτρεσ γὰρ ἐνομίζον τῆς ἀνατροφῶν αἰτίης εἶπαι.* & alibi refert Nestorem Palladi sic sacrificasse:

*Εὐχετ' ἀπαρχόμενον κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλον.*

Romanos magnæ indolis adolescentes primam lanuginem Dijs consecrasse satis notum est: De qua re sic scribit Dion: lib. 48 de Octaviano: *ἀμέλει τὴν πύγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ἐξεγίμενον, αὐτὸς τε μεγάλως ἐώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀδημοτελή ἐορτῆν παρέχευε, καὶ ὁ μὲν καὶ ἐπειτα ἐπέλειστο τὸ γένειον, ὡσπερ οἱ ἄλλοι.* notaturq; in Tiberio, cum præter morem barbam posuisse sine ullo honore. Juvenalia etiam festa in honorem barbæ Neronis instituta fuere, cum tamen comam aleret. Moris enim erat Romæ juvenibus, quum primum barbam deponerent, numini dicare, exhilarareq; diem sacris & convivijs. qua de causa videtur Juvenalis ad hoc alluisse:

*Ille metit barbam, crinem hic deponit amat.*

& ut ex Tranquillo discimus, Nero barbam primam conditam in aurea pyxide & pretiosissimis margaritis adornatam Jovi Capitolino consecravit. Talis consecrationis meminerunt Martialis & Statius comam Earini Germanici liberti celebrantes, quum eam cum gemmata pyxide & speculo ad Pergameum Æsculapium dedicandam mitteret. Cælius Rhodiginus refert sub Sixto Pont. maxim. qui quartus ejus erat nominis, compertum Romæ in via Appia è regione conditorij Ciceronis, muliebri cadaver, quod ex inscriptione conjectatum est Tulliolarum fuisse, id erat aromatibus ita conditum, ut temporis injuriam non sentiret. In eo

visabant

Visebantur capilli aureo impliciti reticulo, summa omnium admiratione. Et fuisse Romæ capillatæ Deæ aram testatur Plinius, ubi Vestales capillos suos deferebant, & in arbore capillari, quem admodum putat Festus, suspendebant. vel (ut Petrus Crinitus de literis humanioribus bene meritus, mavult) eos capillos subter felicem arborem terra obtegebant: quemadmodum virginibus Dialis cautum fuisse narrat Gellius. Consuetum etiam fuit apud quosdam, dum in infantibus nomen imponent, tondere. eaq; de causa usurpata est illa formula loquendi, qua etiam usus est Gregorius Nazianzenus in Apologetico *περὶ τῶν θείων χερδῶν τῶν πρῶτων τειχῶν*, pro eo quod Latini dicunt, Vixdum ex ephelis excesserat, adhuc admodum infans. cujus consuetudinis meminit Cromerus libro secundo Historiæ Polonicæ. Piaſtus, inquit, filio primam comam gentili ritu tonsurus & nomen impositurus amicos ad convivium & cærimoniam invitaverat, & mox in Ziemoviſto: Septimum annum puer attigerat quo prima coma pueris gentili ritu attonderi & nomen imponi solebat. Hinc fortassis hodie in sacro Confirmationis sacramento mos tondendi capillos, Deniq; initiationis cujuscunq; mysterium hoc erat tonderi, veluti adoptionis: cujus rei non modo veteres attestor Græcos & Romanos, sed & Gallos & Longobardos, & alios recentiores, apud quos moris fuit capillum barbamq; ponere in sanctioris cujusdam deditiois argumentum. sic enim scribit Aimoinus; Alaricus juxta morem antiquorum barbam Clodovei tangens, adoptivus factus est ei pater. deinde, Gregorius Romanorum Patricius promisit Tasoni, quod barbam ejus præscindens (juxta morem antiquorum) eum sibi adoptaret in filium. Hunc morem apud Longobardos fuisse testatur Paulus Diaconus, apud quos amicitia firmissimum erat argumentum, si quis barbam apud aliquem totondisset. refertq; idem auctor, Luitprandum regem Longobardorum Pipinum filium Martelli humanissime excepisse capillo ejus succiso. idem narrant Aimoinus & Otto Frising. sic etiam de eodem scribit Abbas Urspergensis: Carolus Pipinum filium suum ad Luitprandum regem Longobardorum pro tondenda cæsarie misit. Idem Bonfinius in historia Vngarica, & Paulus Æmilius libro secundo historiæ Francorum, ubi & hæc subjicit:

Lib. 6. c. 45.

Lib. 20. de  
honest. disc.  
cap. 6.

Lib. 10. c. 15.

Lib. 1. c. 20.

Lib. 4. c. 32.

Lib. 4. cap.

14.

Lib. 6. c. 15.

Lib. 4. cap.

57.

Lib. 5. c. 6.

Lib. 8. d. 10.

jicit:



jicit: Nobiles Longobardorum Spoletini Ducatus incolæ, qui auxilio adversus Francos Desiderio regi Longobardorum ire recusarunt, Romam profecti, in fidem Pontificis venientes, capillum barbamq; ponebant; quod apud eos sanctioris deditiois erat argumentum. Sed & in omnibus penè initiationibus observabatur, ut in nuptiarum celebratione, Ausonius:

Eidil. 17.

*Et quatuor juvenes, totidem innuptæq; puella*

*Omnibus in morem tonsa coma, &c.*

Lib. II.

Martialis:

*Tondebit pueros jam nova nupta tuos.*

Juvenalis: |

Satyr. 6.

*Jamq; à tonsore magistro Peeteris.*

qua de causa Lucanus, quum contemptum illorum rituum in Cætone describeret, sic ait:

*Intonsos rigidam in frontem descendere canos*

*Passus erat, mœstamq; genis increescere barbam.*

10. Sed & quicumque moribundus erat, cultro Ditis ad sedes Tartari descensus tonsione initiari dicebatur. hoc notat Euripides in Alceste:

*ἴερ' ὃ ἑτάως τῆς κατὰ χθονὸς θεῶν.*

*Ὅτι τόδ' ἔγχεος κρατὸς ἀγνίστου τρίχα.*

ubi Interpres ait: ὡς ἔθες ὄντ' ἡ δαίμονα τῆ μέλλοντ' ἀποθνήσκων ἢ κόμην τέμνειν. ex his Macrobius hos versus Virgilij interpretatus est:

Lib. 4. Æneid.

*Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem*

*Abstulerat, Stygiæq; caput damnaverat Orco:*

*Ergo Iris croceis per cælum roscida pennis*

*Devolat, & supra caput astitit: hunc ego Diti*

*Sacrum jussa fero, teq; isto corpore solvo:*

*Sic ait, & dextra crinem secat.*

11. Quid verò, num in servorū manumissionibus hoc erat usitatissimum? nec ad id probandum diutius insisterem, nisi vulgò viderem ineptè plerosq; servos omnes fuisse antiquitus tonsos asserere; ideoq; proverbium apud Græcos fuisse, cujus meminisse Suidas, δὲ λ' ὦν, κόμην ἔχεις, id est, cum servus sis, comam habes. Tantum enim abest servos Romæ tonsos fuisse, ut illis ne quidem



ne quidem tonderi jus esset. horum enim dicebatur Græcè ἀνδρῶν  
 ἀδωδης θριξ, ut ait idem Suidas, id est, servilis & abjectissimus  
 pilus sine tonsura & pectine, quem tūm demum adornare inci-  
 piebant, quum manumissione in libertatem revocabantur. Li-  
 berorum enim tantum hominum erat esse comatos, id est, cri-  
 nes adornare, longeque differebat κόμη à verbo θριξ. ut quando  
 Clemens Romanus libro primo Constitutionum apostolicarum  
 ait, ἕτω ἢ τείχεα σε ἢ κόμης μὴ ἀδωδης φον, quantum nimirum  
 differt capillus à coma vel cæsarie. Cæsaries enim dicta est à  
 cædendo, ut ait Servius Grammaticus, id est, ferro sæpius ador-  
 ando, quia coma sæpius ferro colitur: alioque in loco admonet  
 nantiquo more viros sicut mulieres composuisse capillos; quod  
 verum esse, inquit, & statux antiquorum docent, & personæ  
 quas in tragædijs videmus similes in utroque sexu. quantumque ad  
 ornatum pertinet, Græci βόσρυχον & πλόκαμον hujusmodi cæ-  
 sariam appellabant, qualem Euphorbum gestasse cecinit Home-  
 rus, auro videlicet religatam, quum in bellum proficisceretur:  
 qui etiam Achivos eadem ratione sæpius appellat καρηκομῶντας.  
 & instrumento quodam quod κρώβυλον vocabant, capillos im-  
 plicare solitum erat, ut est apud Thucydidem, cujus Interpres sic  
 scribit lib. 1. ἐκαλείτο ἢ μὲν ἀνδρῶν κρώβυλον, ἢ ἡ γυναικῶν κό-  
 ρυμβον, τῶν ἡ παιδῶν σκορπίον. Refert Synesius in quadam epi-  
 stola, Græcum vetus fuisse proverbium, quod veretur proferre  
 in libro quem de calvitij laude conscripsit, εἰς κομῆτις ὅς τις ἔ-  
 ψηνίσειαι. id est, nemo comatus est, qui non prædicatur, vel (ut  
 alij ex sententia volunt) prædicet. hoc enim verbum obscenè  
 accommodat in quendam Ioannem, qui quum ingenuus videri  
 vellet cæsariam & comam impensè, summoque studio quotidie ad  
 libidinem pecebat. Tales etiam erant hi, qui, teste Suida, σελ-  
 πυγολογχοὶ πηνάδα dicebantur, id est, tubis, hastis, barbaque for-  
 midabiles, parum verò fortes. Age verò audiamus Senecam.  
 Quid, inquit, illos ociosos vocas quibus apud tonsorem multæ  
 horæ transmittuntur, dum decerpitur si quid proxima nocte suc-  
 creverit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut dis-  
 jecta coma restituitur, aut deficiens hinc atque illinc in frontem  
 compellitur; quomodo irascitur si tonsor paulò negligentior  
 fuit

Can. 3.

Æneid. 1.

Æneid. 18.

lib. de bre-  
vit. vite  
cap. 12.

fuit, tanquam vivum tonderet? quomodo excandescunt si quid ex juba sua in annulos suos reciderit? quis est istorum qui non malit Rempublicam suam turbari quam comam? qui non sollicitior sit de capitis sui decore, quam de salute? qui non comptior esse malit, quam honestior? hos tu ociosos vocas inter pectinem speculumque; occupatos? Refertque Columella in praefatione libri de Re Rustica, capillum capillorumque; concinnatores non solum audivisse, sed & vidisse. Hic erat mi Pogonias ingenuorum cultus Servorum autem abjectissimus capillus erat. Hincque mos fuit Romanis, quum servum manumitterent, hunc vilem capillum abjicere, tuncque; primum radere: quod in Prusia Bithyniae rege observatum est, qui bello Mithridatico, Perseo Macedonum rege capto, se libertum populi Romani professus est, capite raso & pileato. Ad hunc morem sic allusit Juven. Satyr. secunda:

*Si potes & debes pulsandum vertice raso*

*Præbebis quandoque caput.*

& Plautus:

*Vt ego hodie raso capite calvos accipiam pileum.*

Polyb. li. 3.

Luc. li. 45.

Appian. de bello Mithrid.

Xiphil.

Lib. 1. c. 23.

Putoque; hac ratione, latronem illum insignem Italum qui vocabatur Bulas, id notare voluisse, quum centurionem quendam cepisset, ac libertum ad Severum Imperatorem raso capite remitteret cum his verbis: Nuncia dominis tuis, ut ipsi servos suos alant ne latrocinentur. causam hujus ritus conjectatus est Nonius Marcellus, quod tempestatem servitutis tunc servi effugere videbantur, quasi naufragio liberati. Nam & Petronius Arbiter ait non licuisse cuiquam mortalium in nave, neque; ungues, neque; capillos deponere, nisi quum pelago ventus irascitur. Artemidotus rationem reddens quare rasurae somnium, nautis naufragium designet, & ægrotis extremum vitæ discrimen, Quod, inquit, naufragi & à diuturno morbo se colligentes radi consueverant. ναυαγίσαντες μὲν γὰρ ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσος ξυρῶν οἱ κῆρωποι. Lucianus etiam in fine Ermotimi, δοκῶ γ' μοι, inquit, ἐκ ἀλόγως αὐτῆς ξυρήσασθαι τὴν κεφαλὴν, ὡσπερ οἱ ἐκ τῆς ναυαγίων ἀποσωθέντες ἐλάττεροι. ἀπερὶ τῆς σωτηρίας τήμερον ἀξίαν. tum etiam in illo Dialogo qui περὶ τῆς ἐπιμύθου σωόντων inscribitur, depingit eos qui ex naufragio liberati narrant, quæ ipsis acciderint, τοῖς ἱεροῖς ἐξυσημένους

σημένοι τὰς κεφαλὰς. & non est incredibile ad hoc proverbium alluisse D. Paulum, quum tutò navigaturos socios sperare jubet. ἰδενὸς γὰρ ὑμῶν θρεῖς ἐκ κεφαλῆς πεισῖται. Act. Apost. cap. 27. Sardonius certè Apollinaris illius memor ritus sic scribit *Lib. 9. epist. 9.* Philosophia quæ violenter è numero sacrilegatum artium exempta, raso capillo superfluae religionis, ac supercilio scientiæ secularis, amputatisq; pervenustarum vestium rugis, mystico amplexu jam defæcata tecum conjunxit. & hæc hæctenus. Unde verò apud nostros mos venerit quo clerici tondeantur, malè pleriq; putant, eam esse rationem quòd servi instar divino officio mancipentur: ea enim est causa quòd cæsaries, quæ à veteribus summo in honore erat, & cultus capillorum reprehenderetur in illis. Ait enim Hieronimus, rasio capitis est temporalium omnium depositio. Theodorus Balsamon *ποιπάλητραν* hanc tonsuram appellat canone vigesimo primo Synodi in Trullo habitæ. Clemens Romanus libro primo constitutionum Apostolicarum, canone tertio sic scripsit. *πισῶ γὰρ σοὶ ὄντι καὶ ἀνδρώπων τὰ θεῶν ἐκ ἐξέσι σοὶ τρέφειν τὰς τριχὰς τῆς κεφαλῆς, καὶ πεινῆν εἰς ἕν, ὃ ἐστὶ ἀπατάλιον, ἢ ἀπόλυμα, ἢ μεμερισμένον τηρεῖν, ἃ δὲ μὲν ὀγκοποιεῖν ἢ διαξάινοντα καὶ κλάσσοντα ἔλιν διαπθεῖν ἢ ξανθοποιεῖν αὐτῶν. ἐπεὶ περ καὶ ὁ νόμος ἀπαγορεύει φάσκων ἐν τῷ δευτερονομίῳ, ἃ ποιήσετε ὑμῖν σεσόλω;* hoc Anacleti pontificis maximi institutum fuisse recenset Platina. Videturq; id à Divo Paulo præceptū, quum ait, viro ignominiam esse si comam nutriat, mulieri verò gloriam esse: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Carthaginensis etiam quartæ synodi profertur hujusmodi canon: Clerici neq; comam nutriant neq; barbam. Et hoc ab Alexandro tertio repetitum fuisse dicunt Canonistæ cap. Clericus, de honestate clericorum: Tenentq; mulieri comam Deum dedisse in memoriam subjectionis. Tum verò quæ de mulieribus commemoras, satis notum est semper ornatui comam fuisse, & in nuptiarum celebratione sponfas sparsis capillis senisq; crinibus incedere Festus testatur; maritumq; talem comam hastæ cuspide distinxisse. Et Ulpianus Jurisconsultus refert, puellas sibi comatas mulieres exornasse. Clericis ergo & omnibus Christianis tonsura capitis index est sprete splendoris & apparatus. Sicq; fastum & delicias Clodovei regis Franciæ

Can. duod. 9. 1. can. prohibente 23. q. 4.

Cor. II.

Can. 44.

Can. 2. di. 30.

l. item legato D. de legat. 3.

Act. Apost. c. 18. & 21.

18  
 in coma infectatus est Rhemigius Episcopus, libertati Francorum  
 minimè detrectans. Qui verò tonsuram illam poenæ genus fuisse  
 existimant, eò quod extant Imperatorum Constitutiones, quibus  
 criminum tonsione expiari debebant crimina: hi mea sententia ma-  
 ximè falluntur. Neq; enim animadvertunt, solitum olim fuisse  
 in monasteria tanquam in insulas maleficos & sycophantas rele-  
 gare. P O G O N. Siste paululum Misopogone; nam ad ea quæ de  
 barbis clericorum dixisti, Johannes Pierius Valerianus fusissimè  
 respondit sub Clemente septimo, amplissima oratione quam pro  
 sacerdotum barbis habuit, vbi quàm malè Canon Cartaginien-  
 sis Concilij & Alexandri tertij decretum legantur, liquidò de-  
 monstrat. Quod & comprobat Franciscus Turrianus in suis An-  
 notationibus, in prædictos Clementis Romani canones, ubi as-  
 serit Christianos comam quidem rasisse, barbam verò nutrisse.  
 Et quæ ex tam multis auctoribus recitas; sunt hæc quidem pul-  
 chra, sed cum bona venia dixerim nullius exempli. Possem  
 enim plures alios recensere populos qui barbam & comam tanti  
 fecerunt, vt si eos in medium suffragiorum causa eductos produ-  
 cerem, vereretur ne poena legis Cornelix de ambitu tenerer. Sanè  
 enim antiqui Galli comati dicebantur, quòd, vt ait Diodorus Si-  
 culus, flavam comam quàm sæpissimè calcis ablutione lavarent;  
 barbam verò nobiliores circa malas quidem radabant, at eam  
 quæ à mento dependet prolixas aiebant. Indi capillum pectebant  
 sæpius quàm tondebant, barba semper intonsa. Deniq; &  
 plures alij, quos recensere nihil proderit. Nam ex diversis mo-  
 ribus nulla certa regula aut ratio colligi potest. Quid dicam de  
 Polonorum tonsura, quibus Cazimiro Rege suo ex Monasterio  
 revocato indictum est, vt omnes rotunda capillorum tonsura es-  
 sent infra auriculas? Sed & refert Suidas Venetis accidisse sub Ju-  
 stiniano, vt novam capillorum rationem inierint, nullam ob-  
 causam, nisi quòd ociosi semper aliquid novi moliebantur. Ra-  
 debant enim capillos secus quàm cæteri mortales; nam musta-  
 cem & barbam nusquam attingebant, sed quam promissam sem-  
 per alere more Persico studebant, capillos verò anteriores ad usq;  
 tempora detondebant, posteriores quàm longissimos dependere  
 nulla ratione sinebant. Qui fit vt tam varius fuerit pilorū cultus?

varia

Lib. 4.

Diod. li. 3.

In Verbo  
anavolos.

varia scilicet & inconstans hominum opinio, varij mores gen-  
 tium, varia deniq; valetudo efficit, vt quæ incommoditatis ali-  
 cuius depellendi causa reperta sunt primò, post haberi cæpta sint  
 ad ornatum etiam corporis & dignitatem. Nimirum fuere qui  
 cum pilijs rasi essent, hircumq; fortassis redolerent, fœtorem il-  
 lum dum tonsione & rasura evitare studebant, ne novo cultu ali-  
 quid suspicandum relinquerent, alios ad idem agendum incita-  
 runt. Præsertim id locum habet apud aulicos, qui velut simiæ,  
 cum sine ratione principum quæ sunt externa vbiq; æmulantur,  
 videri volunt ijs simillimi: dumq; nihil agunt, fortasse in limine  
 aut atrijs domus regis ociosi, nescio quam sportulam expectan-  
 tes, & ex plebis sanguine, ut ita dicam, ac visceribus opulentiam  
 parantes, totam ætatem conterunt, industriamq; omnem suam  
 collocant in vanis huiusmodi rebus. Velut antiqui illi quos hi-  
 storia memorant Æthiopes, qui adeò suum Regem æmulaban-  
 tur, ut si quando aliqua corporis parte debilitaretur, aulici  
 omnes sua sponte dolerent, turpe existimantes Rege claudo aut  
 monoculo, omnes claudos aut monoculos non esse. Sic etiam  
 ferunt Platonis familiares contractos humeros expressisse, & A-  
 ristotelis amicos balbutiem illius imitari solitos: rursus Alexan-  
 dri Regis aulicos familiares cervicem inflexam & in dicendo vo-  
 cis asperitatem reddidisse. MISOP. Ad eos propius accedunt  
 aulici nostri forenses, non dico eos quos Pragmaticos vulgus  
 nuncupat, & Demosthenes *πρεμελόγως ἢ ἐπισηματα ἢ ἀγο-  
 γῆς*. Hi enim adeò avidi sunt inter discordantes amicos aut pro-  
 pinquos vel affines simultatum & tantis occupationibus di-  
 stenti, vt vel ocium quidem ne habeant excogitandi ea, quæ ad  
 decus & honestatem apprimè homini necessaria sunt. sed de his  
 loquor, qui ocium desidiamq; amplexantes vix è matris utero  
 egressi, primis labris Jurisprudentiam nedum attigerint, Ju-  
 risconsulti tamen videri volunt, & postquam paucos dies in fo-  
 ro deambulando contriverunt, nihil aliud agentes, quàm ut cum  
 Demosthene dicam *Ἐπιόντες αὐτῶν πανθαίεσθαι ἢ ἢ ἀγορῆν, λέγετε  
 τὸ κακόν*, tum demum magistratibus toto pectore inhiant, & ita  
 superciliosè honores ambiunt, quos postquam legitimo scilicet  
 commercio consequuti fuerunt, quasi jam nihil aliud sperantes,  
 in perpo

Diod. li. 3.

Plutarcho  
discr. vera  
ami. ab a-  
dult.

in perpoliendis suis pilis toti incumbunt, omnia deniq; agunt ad fastum, pompam & delicias. **POGON.** Sed has nugas relinquamus, & quod rationi consentaneum est, consideremus. Comam enim humaniores viros reddere & hilariore dicebat Lycurgus, ut ait Plutarchus; præsertim eos quos natura produxit mites, benignos & dulces. Heliodorus sic dicebat: κόμη, τὰς μὲν ἐρωτικὰς ἰλαρωτέρως, τὰς ἢ λησρικὰς φοβρωτέρως ἀποδείκνυσσι. Ita q; ait ibi Cnemonem comæ abrasisse ὅσον εἶκθ' ἢ ἑλαττοῦ κομῶν τῆ λησρικῆ ἢ ἀβρότερον. Et constat apud antiquos usitatum fuisse deprecationis loco barbam tangere. Homerus *Il. κ.*

Ἡ, ἢ ὁ μὲν ἔμελλε γυεῖα χειρὶ παχέῃ  
ἠψάμενθ' ἰλίσαοθ'.

Et per barbam deprecari moris fuisse, Euripidis hi versus ostendunt: ἀλλ' ὦ φίλον γένειον, αἰδέσθητί με, deinde Ἀγάμεμνον ἰκετ' ἄσσε τ' δε γυνάτων ἢ σ' γυεῖα, δοξιάς τ' ὀδαιμόναα. & hoc vult Plinius dicens, Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere morem fuisse. Sic adhuc Euripides in Oreste, πολλὰς γυεῖα τ' ἔδ' αὐ' ἐκτεῖναι λιτὰς. id est, multis per mentum hoc rogaturum precibus, & in Medea: μὴ πρὸς γυεῖα κρύπτε σινώδαλον σέθεν. & ait Servius veteres non solum comas ornasse, sed etiam barbam; ejusq; rei ex statuis sumit argumentum. Quin radere indicium erat neglectæ venustatis. Suetonius de Octavio sic loquitur: Et in capite comando tam incuriosus ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modò tonderet, modò barbam raderet. Constatq; rasuram tristitiæ mœrorisq; indicem fuisse. Quod & in muliere notasse visus est Accius in Amphyt. hoc versu quem citat Nonius: Sed quænam hæc est mulier, funesta veste, tonsura lubri? Plutarchus id in libro De superstitione apertè docet. Imò etiam supercilium in mœrore radere moris fuisse, refert Artemidorus. Et Argivos victos à Lacedæmonijs amissis Tyrijs deplorandæ calamitatis causâ capillos barbamq; resekasse; contra verò victores Lacedæmonios in argumentum publicæ lætitiæ barbam & comam relaxasse, scribunt Herodotus & Plutarchus in Lyfandro. Sicq; ad hanc rem ait Seneca, Si regem in luce media errantem ad rerum naturam admisisset, usq; eò ignarum, ut quod die solis defectio fuit, regiam clauderet, & filium, quod in  
luctu

Lib. 2. Æ.  
thiop.

In Hecub.

Lib. 11. cap.  
45.

Lib. 6. Æn.

Lib. 1. c. 17.

Lib. 1.  
Libr. 5. de  
benef. c. 6.

luctu ac rebus adversis moris fuit, tonderet. Athenienses ἀπα-  
 τρεΐαν celebrantes, ut parentes defunctos lugerent, capite raso  
 in medium procedebant, inquit Xenophon: μέλανος ἰμάτια ἔχον-  
 τας ἢ ἐν χροῖ κεκαρμένους. Vrbe Sybari à Crotoniatis direpta, uni-  
 versi Milesii capita deraferunt, & ingentem luctū ediderunt. He-  
 rodotus testis est in Delo, pueros puellasq; innuptas cæsis crini-  
 bus parentasse: & alibi refert Persas audita Masistij cæde se ipsos  
 & equos & jumenta totondisse, & in proverbio fuit ijs qui sum-  
 mo dolore afficiebantur, ad vivum usq; tonsos esse, quasi hos  
 malum non leviter attigisset. Sic enim chorus Sophoclis in Aja-  
 ce miserrimam Tecmessam alloquitur; ξυρεῖ γὰρ ἐν χροῖ τὸ π. id  
 est, hoc mali nuncium te ad vivum pertingit. Job in suis lamen-  
 tationibus dicitur totondisse caput suum ac scidisse pallium. Ju-  
 lius Firmicus libro De errore prophanarum religionum, ita de  
 Ægyptijs scribit: In adyto habent Osiridis sepultum idolum,  
 hoc annuis luctibus plangunt, radunt capita, ut miserandum ca-  
 sum Regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis. Eademq;  
 referuntur à Plutarcho lib. de Vid. & Osirid. Diodorus Siculus  
 eadem de ijsdem notans, ἀλλὰ μὲν, inquit, ἢ καθ' ἣν μὲν οἰκίαν  
 ὄρεθ' κύων τετελοτηκώς, ξυρεῖνται πάντες οἱ κατ' οἶκον οὔτεσ ὄλον  
 τὸ σῶμα, ἢ ποιουῦται πένθος. Quibus locis difficilis erit intellectu  
 Herodotus dicens, ποῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος ἅμα κήδει κε-  
 κάσθαι τὰς κεφαλὰς, τὰς μάλιστα ἰκνέει. αἰγύπτιοι ἢ ἐπὶ τῆ θά-  
 νατ' ἀνίεισι τὰς τρίχας ἀυξέει, τὰς τε ἐν τῇ κεφαλῇ ἢ τῷ γενεῖω,  
 τῶς ἐξυρημένοι. Id est, apud cæteros homines more receptum est,  
 ut in luctu statim capita radantur, & eorum potissimum ad quos  
 jure luctus perveniebat. Ægyptij verò in morte suorum sinunt  
 capitis barbæq; pilos crescere, qui antea tonsi fuerant. Sed hu-  
 jus diversitatis conciliandæ hanc esse rationem puto; quòd, ut ait  
 D. Gregorius I. Pont. max. mos veterum fuit, ut quisquis spe-  
 ciem corporis sui capillos nutriendo servaret, eos tempore affli-  
 ctionis abscinderet; & rursus qui tranquillitatis tempore capillos  
 abscinderet, eos in ostensione afflictionis nutriret. lib. Moral. c.  
 17. Et, ut ante dictum est, magna esset inter rasuram & tonsuram  
 differentia, propria nimirum significatione: nam promiscuè & in-  
 differenter sæpissimè usurpata hæc vocabula fuisse non est igno-  
 tum.

Lib. 1. de  
gestu Grec.

Libr. 4.

Lib. 9.

Lib. 1.

cum. Itaꝫ; cum ab omnibus esset barba & coma frequenti ton-  
 sione culta, accedente luctu, aut radebatur, aut verò neglecta;  
 sinebatur augeri & increfcere, nam capillos quidem vagari sine-  
 re, hominis est aut sordidi aut crudelis; omninò verò amputa-  
 re, furentis aut fatui. Itaꝫ; Artemidorus in somnijs cum rasu-  
 ram indicium esse dixit mœroris, tonderi verò voluptatis esse  
 affirmavit. *κίτριος ἢ ὑπὸ κηρέως ἀγαθὸν πᾶσιν ἐπίσης δηλοῖ, ἐστὶ  
 ὡς εἰπεῖν ἀπὸ τῆς κερῆναι, καὶ τὸ χαρῆναι καὶ ἐπιδαμαγνῶσι σιχναῖα  
 ἐκδέξασθαι.* Satisque constat moris fuisse Romæ quum triste ali-  
 quid accidisset, capillum summittere, sordidoꝫ; capillo & de-  
 misso prodire. Sordidati, inquit Cicero Ver. 4. maxima barba  
 & capillo Romæ biennium propè fuerunt. Quod à Caligula  
 factum fuisse refert Suetonius, qui morte Drusillæ audita, adeò  
 mœroris impatiens fuit, ut repentè ab vrbe noctuꝫ; profugerit,  
 rursusꝫ; redierit barba capilloꝫ; promisso. Et hoc indicat Pli-  
 nius in quadam epistola, ubi ait moris fuisse reis capillos sum-  
 mittere. Livius lib. 2. Dec. 2. Ad hoc promissa barba & capilli  
 efferaverant speciem oris. & lib. 4. Decad. 5. Alexandrini legati  
 sordidati barba & promisso capillo cum ramis oleæ ingressi cu-  
 riam, procubuerunt. Julius Cæsar, teste Suetonio, audita cla-  
 de Turriana barbam capillumꝫ; summisit, nec ante dempsit  
 quàm vindicasset. De Antonio victo refert hæc Plutarchus:  
*καὶ κόμη μὲν ἀτημελής καὶ βαρῶς πρόγων μετὰ τὴν ἡττάν αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κα-  
 θεμέει.* Herodianus ait Macrinum Antiochiæ barbam nutrisse  
 mœstitiæ causa. Et Gellius refert Claudium Asellium tribunum  
 plebis cum esset reus, in contemptum populi barbam non desisse  
 radere. Nec solùm id ab his, qui contumeliam patiebantur, fie-  
 bat, sed à populo, aut etiam à cognatis. Sic enim scribit Livius:  
 Conjecto in carcerem Manlio, satis constat magnam partem  
 plebis vestem mutasse, multosꝫ; mortales capillum ac barbam  
 promississe. Sed & Seneca testatur Romanos in honorem alicu-  
 jus quem lugebant, vestem sordidam sumpsisse, & barbam ca-  
 pillosꝫ; demississe. Et quia hoc plerumꝫ; ad calumniam & in-  
 juriam, quasi accusationis loco fiebat, ut scribit Jurisconsultus  
 Ulpianus, quia fortè, ut apparet ex eodem Senecæ loco,ambu-  
 labat eadem via quis cum eo, quem alicujus criminis conscium  
 argue-

lib. 7. c. 24.

lib. 5.

lib. 3. ca. 4.

lib. 6.

Contr. 30.

li. 15. de in-  
jur.



arguebat, ejusq; vestigia calcabat: ideo Venuleius refert vetitum fuisse ne quis vestem sordidam rei nomine in publico haberet, capillum summitteret, barbamve demitteret, nisi ita conjunctus esset affinitate, vt invitus in reum testimonium dicere cogi non potuisset. Ad hoc pertinet illud Senecæ, *Solvite crinem, per colla fluant mæsta capilli.* Quibus ex locis apparet, antiquitus capillos longos quidem gerere moris fuisse, sed ita contextos & compositos, ut ornatui essent, mæstitiæ vetò causa demitti. Cujus rei neminem scio, quem ad testimonium certius citare possim quàm Josephum, apud quem Sameus Herodem accusatum ob- jurgat, quod præter morem reorum non demisso capillo κόμησιν ἐπιθρέψας prodierit, sed τὸ κεφάλῳ κεκοσμημένῳ τῇ συνθέσει τῆς κόμης. Sic etiam Cicero pro Roscio Amer: Ipse verò ait quem- admodum composito & delibuto capillo passim per forum vo- litet. Alij verò, quemadmodum diximus, non demittebant cri- nes, sed eos omninò radebant. Exempla multa hac de re Plu- tarchus in Pelopida posuit: Thebani enim Pelopida mortuo omnes ut indicarent luctum, raserunt non solum se, sed & equos, Alexander Magnus audita Phoyonis nece, rasit non solum crines equorum & mularum, verùm etiam radi jussit civitatis murorum apices, vt viderentur unà lugere; hoc est enim indicium mæroris & luctus. Hoc Admetum Regem Phæreorum in morte Alce- stis vxoris fieri jussisse ita refert Euripides:

Τέθειππάτε ζῶνυθε, ἢ μονάμπυκας!  
Πῶλγε, σιδήρω πέμνετ' αὐχένων φίβλω.

Suetonius narrat in Caligula Regulos quosdam, audita Germa- nici morte, barbam posuisse, & vxorum capita rasisse, ad indi- cium maximi luctus. Atq; in antiquorum funeribus id solenne fuisse patet. Herodianus ait Antoninum Imperatorem, liber- tum quendam sepelientem, vt Achillem imitaretur, omni gene- re animalium circa corpus mactato, etiam capillum consecrare voluisse: cumq; esset raro capillo, & crinem quereret, vt impo- neret ignibus, & ridiculus propterea esset, quos habebat tamen totondisse. Cujus solennitatis ratio refertur ab Homero, quum ait Achillem flendo Patroclum, ut iusta ei persolveret, crines rasisse.

D

Κεῖρεθῆ

l. 39. co. tit.

Troas.  
act. 1.Lib. 14. an-  
tiq. cap. 77.

Lib. 4.

Il. 5.

Κείρεθ' τε κόμην ἐπεὶ ἔμ' ἐπ' δάπερον ᾧδε  
ἵξετ' ἄχος κραδίην ὄφρα ζωῶσι μετείω.

Id est ne unquam postea plorem quoad vixero. Deinde nar-  
rat omnes Achivos Patroclum suis capillis cooperuisse, Achil-  
lem verò flavam comam abscidisse:

Ιλ. 6.

Στὰς ἀπάνορθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην.

ab Eustathio appellatur πενήνητος πλοκαμὸς. Sic Sophocles in  
Ajace, quum Teucer eum sepulturae mandat, jubet filio ejusq;  
matri vnà secum capillos offerre.

Κόμας ἐμὰς ἢ τ' δευρὴ σαυτῆ τεύχε

Ἰκτῆριον ἦσαυρον.

& in Electra Orestes in Agamemnonis sepulchro sic ait;

Ἡμεῖς ἢ πατρὸς τύμβον, ὡς ἐφίετο,

λαίβασιν πρῶτον ἢ καρχόμοις χλιδαῖς σέψαντες.

& aliquanto post Electra sic loquitur:

— σὺδε

τέμνοσα ἕρπτος βοσρύχων ἄκρας φόβας,

Κ' ἀμὲ ταλαίνης, ομικρὰ μὲν ταδ' ἀλλ' ἔμωσ

Α' χῶ, δὸς αὐτῷ τὴν δ' ἀλιπαρῆν τρίχας.

tum in Oreste:

Κόμης ἀπάρχας ἢ χοὰς φέρσ' ἐμὰς.

Arrian.

Alexander Magnus Hephæstione mortuo dicitur κείρεσθαι ἐπὶ τῷ  
νεκρῷ τ' κόμην. Plato in Phædro: Σωκράτης καταψήσας ἐν μὲ τ'  
κεφαλήν ἢ ξυμπέσας τὰς ἐπὶ τῷ ἀνχένι τρίχας (εἰώθει γὰρ ὁπότε τύ-  
χοι παίζεν μὲ εἰς τὰς τρίχας) αὐρεῖον δὴ ἔφη ἴσως ᾧ φαίδων, τὰς  
καλὰς ταύτας κόμας δόποκερῆ. erat enim moriturus Socrates: Itaq;  
inquit Phædon. contrectans posteriores capitis mei capillos,  
quibuscum sapissimè ludere solebat, Cras, dixit, ὀ Phædon forsi-  
tan hanc pulchram ressecabis comam. Et sanè etiam setis juven-  
corum sacrificari in sepulturis legimus apud Virgilium:

Ls. 6. Æne.

Quatuor hic primùm nigrantes terga juvencos

Constituit, frontiq; immergit vina sacerdos:

Et summas carpens media inter cornua setas

Ignibus imponit sacris libamina prima.

Pulchrè itaq; Maximus Tyrius comam esse dicit τὸ τελευταῖον δῶ-  
ρον ἤδη καταψήσασθαι. Sed & novissimè ex Froissardo didicimus

Gastone

Gastone de Foix mortuo patrem suum mæstitiæ capillos omnino amputasse. Porro & in reatu consuetum fuisse miserationis ergo crines radere, satis constat ex Sidonio Apollinari, quum ita scribit: Pauci medijs dies, & in tractatorium frequens Senatus procedit noster ad curiam, paulò antè detonsus punicatusque, quum accusatores semipullati atq; concreti, nuncios à Decemviris operirentur. & ab industria squalidi præripuissent misero debitam miserationem sub invidia fordidatorum. Id verò apertius patet ex Sveronio de Vitellij supplicio hæc dicente: Per totum vitæ spatium reducta coma ceu noxij solent. Apud Hebræos institutum legitur, vt Nazareni, hi videlicet qui ut liberiùs vacarent legi, se à commercio profanorum abdicabant, non tonderentur: & in omni tempore separationis suæ cautum erat ne novacula transfiret super caput Nazareni, nisi si quando casu fortuito mortuus fuisset quispiam coram eo. Sacerdotibus Deus optim. maxim. vetuerat, ne in rotundum attonderent comam, nec raderent barbam. Atque vt Regis Hebræorum, Davidis legatos irrideret Hanon, ferunt historiæ eos rasisse, tum etiam præcidisse tunicas eorum à natibus usq; ad pedes; qui quum abiissent & hoc Davidi mandassent, jussi sunt ab eo, manere in Hiericho, donec cresceret barba, ne contumeliosi essent. Ideò etiam ait Æmoinus monachus, Sadregefilum ducem Aquitanorum à Dagoberto Rege Francorum fuisse flagellis cæsum, & barbæ rasiōe deturbatum. Apud Indos qui maximum aliquod delictum perpetraverat, à Rege tonderi jubebatur; *ἐξ ἄτης ὄντος τῶν τριῶν ἀπὸ τῆς*, inquit Stobæus ex Nicolai scriptis. Et apud Francos promissa barba intonsusq; capillus regiæ nobilitatis olim insigne erat. vnde Clodionem Regem comatum cognominatum fuisse tradunt. Et Clodoveus, vt in principio dicebas, cæsariem prolixam gerebat, ut & omnes quotquot fuere antiqui Reges Franciæ, ut testatur Egninardus Caroli Magni alumnus. Sic enim ait: Et opes & potentia Regni penes Palatij præfectos qui Majoresdomus dicebantur, & ad quos summa imperij pertinebat, erant: neq; Regi aliud relinquebatur, quàm ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba summissa, folio resideret, ac speciem dominantis effingeret. Agathias itaq;

Li. 1. ca. 70

Num. 6.

Leu. 19.

Paral. 1. ca. 19.

Lib. 4. hist. Franc. c. 2.

Serm. 62.

Cal. Rhod. lib. 15. ca. 8.



Li. 3. Goth.

ait Clodamirum filium Clodovei regis Franciæ ipsumq; Aureliæ Regem, in bello contra Burgundiones occisum fuisse, ab illisq; agnitum, quod in eo comam profusiorē, quæ illi ad ter- gum protendebatur, animadvertissent. Neque enim, inquit, fas erat Francorum Imperatoribus comam tondere, sed à pueris intonsi manent, atq; adeò ut à tergo his defluant crines, nam à fronte discriminati utrimq; feruntur. Nec sanè Turcarum more Barbarorumq; impexi & squalidi sordidioresq; capilli his sunt vel aliàs calamistrati & indecenter perplexi, sed varia his superinfundunt unguenta, & diligenter pectendo expoliunt: idq; perinde præcipuum & regium decus constitutum est, solis vt regibus permittatur; nam subditi circumtonsi sunt omnes, nec prolixior his coma conceditur. Hactenus ille. Itaq; refert Gregorius Turonensis Clodoveum Charaicum Regem vinctum totondisse; quoniam verò minabatur sibi cæsariem ad crescendo laxare, ipsum interfecisse. Digna verò Chrotildis Reginae historia, quæ ab eodem auctore recensetur. Filios Clodomeri, Childebertus patruus deliberabat vtrum incisa cæsarie vt reliqua plebs vivere permetteret an interficeret, ad Chrotildem matrem quæ hos parvulos nepotes vnico affectu diligebat, misit Arcadium cum forcipe, ac evaginato gladio optionem ei dans vtrum incisiss crinibus eos vivere juberet an jugulari. Quæ respondisse fertur, satius sibi esse mortuos, quàm tonsos videre. Refert etiam de Gundebaldo, qui filius Clotarij Regis putatus diligenti cura enutritus fuerat, ut regum istorum mos est, crinium flagellis per terga demissis. De eodem Aimoinus monachus sic scripsit; Gundebaldus in Gallijs natus, moreq; regum à matre enutritus (vti consuetudo antiquis Franciæ fuit Regibus) capitis comam gerebat profusam. Porrò morem hunc usq; ad Petri Lombardi Parisiorum Antistitis tempora ajunt durasse, quem is velut indecentem & ineptum tollendum persuaserit. atq; hæc illis Francis antiquissimæ observationis esse, testimonio est Claudiani versus ad Stiliconem:

Li. 3 ca. 6.

Beatus Re.  
nanus li. 2.  
rer. Germ.

————— *ingentia quondam*

*Nomina crinigero flaventes vertice Reges.*

Qua de causa ait Gregorius Turonensis Francos Rheno transacto Thuringiam

Thuringiam transmeasse, ibiq; juxta pagos vel civitates reges crinitos super se creavisse. Sed eò redeamus unde digressi sumus. Num rasura illa si ad naturam referenda sit ratio, intemperiem notat? hoc enim fieri solitum est ab ijs qui aut sordidi natura sunt, aut calorem ægrè molesteque ferunt. Quemadmodum de Julio Cæsare refert Suetonius, Circa corporis curam, inquit, morosior, vt non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed velleretur etiam, ut quidam exprobrarunt. Ægyptiorum sacerdotibus pro more fuisse prodidit Herodotus, nedum mentum sed & totum corpus eradere, ne quid ijs inter Deorum cultum, aut pediculi aut alterius sordis crearetur. Refert Suidas id mulieribus Romanis aliquando accidisse, quum scilicet prurigine ad eò laborarent, necesse habuisse caput totumq; corpus vellere; quapropter simulachrum Veneris confinxisse pectinem ferentis & barbatae ut ea sibi capillos restauraret. Sed & hæc rasura summæ impuditiæ mollietiq; imputata est. P. Sulpitio Gallo homini à P. Scipione Africano qui teste Gellio his usus est verbis: Nam qui quotidie vnguentatus adversum speculum ornetur, cujus supercilia raduntur, qui barba vulsa feminibusq; subvulsis ambulet, &c. eum ne quisquam dubitet quin idem fecerit quod cinædi solent. Hoc verò impuditiæ signum interpretatus est Cicero in Cajum Fannium, his verbis: Oro atq; obsecro vos qui nostis, vitam utriusq; conferre, qui non nostis, faciem utriusq; considerate, nonne ipsum caput & supercilia illa penitus abrasa olere malitiã, clamitate calliditatem videntur? nonne ab imis vnguibus, vsq; ad verticem summum, si quam conjecturam adfert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallacijs, mendacijs constare totus videtur? qui idcirco capite & supercilijs semper est rasis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur. Calvities etiam, ad quam propius hæc rasura accedit, opprobrio maximo erat. Eliseus quum ascendisset in Bethlehem, puerique illussissent ei dicentes, Ascende calve, maledixit eis: egressiq; sunt duo vrsi de saltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros. Itaq; etiam Homerus de Thersite viro omnium turpissimo ait:

Φοξὸς ἔλω κεφαλῶν, φεδνὴ δ' ἐπενεύοσε λάχνη.

Id est, parvum caput illi erat, cui adhuc rarus percurrebat capillus,

*In Eutrop.*

*In verbo*

*αφροδίτη.*

*Pro Rosc.*

*Comad.*

*Reg. 4. ca. 2.*

Dion. li. 58.

Jud. 16.

Plutarch.  
in Num. 1.  
Ovid. lib. 3.  
Fastor.  
Arnob. li. 5.  
contra gen.

Julius Cæsar, inquit Suetonius, calvitiei deformitatem iniquissime ferre obtrectatorum sæpè jocis obnoxiam expertus est, ideoq; deficientem capillum revocare à vertice assueverat. Tiberium quia calvus erat, derisit Sejanus, qui Floralibus omnia calvitiarum ministerio peragebat, lumen quoq; discedentibus à theatro per puerorum rasis capitibus quidq; millia præbuerat. Sed & Galba cum vulso corpore esset, galerum capiti propter raritatem capillorum adaptavit, & annexit, ut nemo dignosceret. Domitianum etiam calvitio ita offensum fuisse, ut in contumeliam suam trahe- ret, si cui joco vel jurgio objectaretur. & libellum De cura capil- lorum edidisse, idem auctor testis est. Sanè verò ut tãdem me col- ligam, hæc vulsura capitisq; rasio miræ est deformitatis; ab hisq; nimirum inventa, qui ne hic defectus sibi esset opprobrio, vt cæ- teris pares essent, tonsuram ad rasionem vsq; introduxerunt: quã tamen penitus hoc fatuitatem redoleat, abrasuraq; ejusmodi ne- scio quid sapientiæ homini detrahare videtur. Quod observari pleriq; testantur in ijs, qui secretioris Philosophiæ sunt professo- res. Sed & illius magni Samsonis vires tum demum defecerunt, quum à Dalila rasis est. Feruntq; hujusmodi Philosophos omni- nõ intonsos esse. quam ad rem alludit hoc versu Plaut. in Rudete:

*Capillum promittam, optimum est, occipiamq; hariolari.*

Apollonius Tyanæus etiam præstigiator magnus comatus fuit teste Philostrato. Quid verò commemorem de Numã Pompi- lio, quem dicunt à Iove impetrasse, vt hominis capilli ad fa- scinationem prodesse? Lubens omitto Æsculapij mentionem, qui proluxa barba semper à pictoribus & poëtis fingitur. Misor. Jam à principio memini me dixisse non ita crines barbamq; am- putari debere, vt quis calvus omnino esse videatur. Sed id hone- stum decusq; putavi, si quis non ita promittat barbam, verum co- pacto comminuat, vt nihil tamen desit decoris virilis & honesta- tis. atq; ideò nisi tibi aliud videtur, satis hac de re lusimus, tu tuo more vivito & nos ama.

Postea satis corporis & animi exercitatione recreati, quum jam receptui propinqua nox caneret, rediimus, & omnes qui vnã eramus, plausimus eorum ingenio, & industriã.

F I N I S.




027 II 184

107  
M II







P R

- 1. Bar
- 2. Ean
- 3. s.Ex
- 4.
- 6. Bar
- 7. Sed
- 8. In a
- 9. & i
- 10. in e
- 11. in se
- 12. in C
- 13. Cap
- 14. den
- 15. tun
- 16. Ideo
- 17. Sed
- 18. Hab
- 19. Con
- 20. Rasi



DISPU-  
A.

s fuisse.

res torondisse.

rasos fuisse.  
 loco rasos.  
 iquius sacrosan-  
 citia imputatans

ΠΩΓΩ.

